

5 Gli Aduatuci si concentrano in una sola città

Aduatuci, de quibus supra diximus, cum omnibus copiis auxilio Nervii venirent, hac pugnantissima ex itinere domum reverterunt; cunctis oppidis castellisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. Quod cum ex omnibus in latipartibus altissimas rupes detectusque haberet, una ex parte leniter accivis aditus in latitudinem non amplius pedum ducentorum relinquebatur; quem locum duplici altissimo muro muniterant; tum magni ponderis saxa et praeacutas trabes in muro collocabant. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati, qui, cum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, his impedimentis quae secum agere ac portare non poterant citra flumen Rhenum depositis custodiam ex suis ac praesidium sex milia hominum una reliquerunt.

(Caesare, *De bello Gallico*)

6 Un gesto clemente

Hostes proelio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt; obsides sese daturos quaeque imperasset facturos polliciti sunt. Una cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstraveramus a Caesare in Britanniam praemissum. Hunc illi e navi egressum, cum ad eos oratoris modo Caesaris mandata deferret, comprehendere atque in vincula coniecere; tum proelio facto remisissent et in petenda pace eius rei culpam in multitudinem contulerunt et propter imprudentiam ut ignoscere petiverunt. Caesar questus quod, cum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petissent, bellum sine causa intulissent, ignoscere se imprudentiae dixit obsidesque imperavit.

(Caesare, *De bello Gallico*)